

F. 4.  
118.  
49.

110  
II 6  
613

*Geographica quædam de Persia*

# PERSIAM

ACTU

Præmiis distribuendis solenniori

D. XXIV. Novembr. A. O. R. M. DCCI.

In Gymnasio Vratislaviensium Magdaleno,

repræsentandam

indicit,

simulq; ad eam

Patronos, Fautores & Amicos,

quâ par est observantiâ

invitat

**SIMON TITUS.**

VRATISLAVIÆ,

In Hæredum **BAUMANNIANORUM** Typographia

exprimebat **Johannes Janckius,**

Factor.



## LECTORI MAGNO, DOCTO, BONO, SALVERE!



Introduc-  
in Univ. Ge-  
ographiam.  
Lib. 5. c. 3.

Riennium est, quo operam Geographicam, in Aëstibus nostris exhibendis, primam, favente Divino Numine, inchoavimus, primumq; Tartaros, gentem illam feram, atrocem, cruentam, moribus inconditis, & omnium barbarorum maxime barbaram, ex iudicio Geographi celeberrimi, Philippi Cluverii, contemplandam sumus aggressi, ac sanè non sine causâ. Ania enim nobis, eâ tempestate, præbita ab expeditione Regis Polonorum in Podoliam, multis tunc annis, ab iisdem iniquè possessam invadentis. Quam ipsam meditationem, anno subsequenti, excepit contemplatio gentis Turcicæ, non minus Christiano nomini insensibilis. Cui quoq; materiæ non incidimus, sed, Patre cum Portâ Ottomannicâ, à DEO nobis concessâ, ad eam fuimus deducti. Insuperâ verò, anno præterlapso, alia historico-Poëtica, ex Vatis Andini, Virgilio libris diversis contractâ, de Dido Carthaginensium Reginâ, cujus quidem Læctionibus publicis fuimus animati. Nunc autem Persia se nobis exhibet, non tam vicinitate Turcicæ, quàm Autoris nostri Classici Curtii stimulo. Res quidem, quæ ab eo tractatur, est bellica: quæ tamen sapius oculos nostros in Chorographiam acceptissimam immittit; & si suâ descriptione non plane satiat, tamen desiderium maioris cognitionis excitat. Illustris nobis speciminis loco esse potest caput tertium libri nuper à nobis evoluti septimi; ubi Paropamisadas descripturus, nationem ne fœditissimam fatis notam, quod nullo commercio mutuos usus coluerit, non negligit & moribus & locorum sui omnino cognitam reddere; & agreste hominum genus, & inter barbaros maxime inconditum declarans; additâ ratione, Soli, sive Climatis asperitate, quæ hominum quoq; ingenia induret; eò quod gelidissimum Septentrionis axem, ex magna parte spectent, unde nives ad eâ terras premant, & perpetuo penè rigore sint constructæ, ut ne avium quidem, vel feræ ullius exstet vestigium. Quam verò descriptionem, eam ob causam, videtur adduxisse, ut hoc modo immensam calamitatem exercitui Alexandrino perpetendam commostrarat; ita quidem, ut multos, rigor nivis insolitus exanimaverit, multorum pedes adfuerit, plurimum oculis pernitibilis fuerit. His deinde relictis, enormem & altitudinem, & longitudinem Caucafi, pro gloriâ Alexandri magni augendâ, explanat, cuius dorsum Asiæ perpetuo iugo dividat; Quò vero strenuâ velocitate, non ultra septendecim dierum spatium superato, ipse in ejus radicibus urbi sedem elegerit, quam incolæ ab ipsius nomine Alexandriam appellaverint. Cæterum nos non afficit, quicquid Autores alias peritissimi, hoc in loco, dubitè inspergunt: ac si non tam Caucasus, quam Paropamisus sit intelligendus, quemq; judicant Arriano, Macedones Alexandro militantes, Caucasum appellâsse, studio Alexandri res gestas amplificandi, quasi Caucasum continuatâ victoriâ superasset. Sufficit nobis, omnes alios Geographos, Caucasum cum Tauro, ut dicto loco Curtius facit, conjungere, quod ex (a) Strabone, (b) Plinio, (c) Apollonio, (d) Solino, (e) Arriano, (f) Mela, patet. Ast dum (g) maris Caspii, quod aliis Hyrcanum audit, sicut & Portarum Caspiarum memoria injicitur, haud immerito quæritur, ubi terrarum existant? Aeneas Sylvius neminem satis explorasse censet. Cujus tamen sententiæ opposuimus Curtii delineationem, quæ ita se habet; (h) Natura sitûs difficilis aditu, namq; perpetua vallis jacet, usq; ad mare Caspium patens; duo terræ ejus veltur brachia excurrunt, media flexu modico sinum faciunt, Lunæ nobis premit Raderus, Curtium his verbis Portas Caspias intelligere. Ast opponit se Olearius, eandem descriptionem non tam mari, quam ipsi dicte Hyrcaniæ, quæ nunc Kilan dicitur assignans, cum undiq; perpetuis saxorum jugis cingatur; dorsum montium vix imminere asserens, non angusta modo, sed plerumq; præruptæ, haudq; plures, quam quatuor fauces, sive Pylas inventiri, per quas in regionem intrare liceat; Primam à Septentrione ex Mofcovia, per Lengerkunahu, secundam ex plagâ Lybiæ, per Pyle Kubar, quæ tantæ angustia fit, ut vix Cameli, vel equi singuli introduci queant; ex alteroq; latere per prærupta faxa, horrendam abyssum, qua fluviorum fertur rapacitas vertiginis periculosis simæ sæpe causam existere; id quod laudatus Auctor ut *Ajôwâns* experientissimus testatur. Tertiam & Quartam ex Austro per Masanderan, ad Urbem Ferabath amœnissimam, & ad Astarabath per Chorasan. Quibus quatuor faucibus, angustias illas annumerari posse judicat ex Regno Persico ad mare Hyrcanum ducentes, quibus vix duo equi, vel Cameli juncti, nonnunquam vix singuli capiantur; sicut & Derbend, urbem primam Persiæ; ubi quoq; via perquam angusta ex Tartaria; cum pars civitatis inferior ascendat, & ex parte adversâ à montibus excipiat; ac ne quis montana transcendat, ab urbe murus latitudinis spatiosæ per montes 50. miliarium Pontum versus sit extructus, per urbem non nisi unâ portâ relicta; Id quod vel ipsum nomen Derbend significare videtur. Der enim

Portam,

V. I. 21.

(a) Lib. XI.

(b) Lib. V.

c. 27.

(c) Lib. III.

1.

(d) c. 38.

(e) Lib. III.

c. 6.

(f) Lib. I.

c. 15.

(g) Curt.

Lib. 7. 3. 19.

&

(h) Lib. VI.

c. 4. 8. 15. 16.

Præfuf. in

Curt. c. 8.

12.

In. Pers.  
Lib. c. 3.

Portam, Bend verò vinculum sive pesselum notat; Ita ut Derbend, satis firmum sit clausuram iis, qui terrestri itinere Persiam petunt, quo clauso, nec cani nec feli, quod dicitur, pateat aditus. Quod tandem ad ipsum mare Caspium spectat; duo sunt quæ Physicorum ingenia vexant, & iis, quasi crucem figunt; Alterum est multitudo annuum & fluminum, quæ hoc mare ingurgitat, ita ut trecenta aut plura numerari ipsismet Persæ affirmant; Cum tamen nullus effluxus observetur, præter unicum versus Austrum intra Tabristanum & Masanderan, non procul à Ferebath, ubi se in abyssum præcipitat, Quæ unica tamen vorago non sufficere videtur, ut tantum aquæ excipiat, quantum ex affluxu vel trecentorum annuum ingeritur, Aut, si illa via est manifesta, quis plures abstrusas præfractæ negaverit? Nimirum, licet hoc mare nullam cum Oceano externam habeat communionem, tamen aliquam habere subterraneam censendum. Et quidni, cum extrinsecus undiq; sit clausum, intrinsecus abstrusis meatibus & canalibus sese exonerari possit? Annon diversorum fluminum exempla hujus fidem facere possunt? Quædiana fluvius Hispaniæ, Anas dictus, ad Medelinam oppidum, totus cuniculo se condit, & post octavum demum circiter milliæ Germanicum renascitur, teste Cluverio. Ita nec Curtio ignotus amnis Zioberis, qui terram præcepit subit, & per CCCitadia conditus labitur, rursusq; velut ex alio fonte conceptus editur, & novum alveum intendit, prioris sui parte spatiosior. Quod quidem naturæ miraculum, ipse Alexander, duobus tauris in cavernam præcipitatis probavit. Plurima alia exempla collegit Georg. Agricola. Alterum, quod magis adhuc curiosos sollicitat, est, quod refluxu destituitur. Jam verò Physicorum Filii de maris mediterranei, atq; Indici zitu, in varias opinionum partes scinduntur; ita ut causam hujus naturæ monstris scilicet rem inenodabilem censent; alii à verâ causâ se non aberrare putent, si violentiæ maris, intra angustiæ terræ loca, compressioni, & ex iis eruptioni; alii violentiæ ejusdem ad littora, vel alia terræ loca repulsioni attribuant. Ita alii ad terræ motum; quem dicunt fundum maris concutere, referunt; alii maris saltedini, vel cuidam spiritui adcribunt; quas & plures alias causas Rod. Goclenius Medicinæ D. & Professor olim Physices famigeratissimus allegat. A quibus omnibus adhuc planè diversam fovet Pandulphus Sphondratus Italus, qui statuit: ut Sol perpetuo motu secundario ad raptum primi mobilis fertur, circa terram ab ortu in occasum, ut & tota reliqua mundi machina: ita omnia quoq; maria motum hujus & quasi raptum, cujus vi circumgyrantur, naturali quodam ordine, sequi. Sententiæ ipsius, ut hominis doctissimi, argumenta non gravatur colligere Produxit ille Cimbr. Henricus Ranzovius, quorum tamen omnium opinionibus relictis, potius adharemus Plinio, Lemnio, Goclenio, & aliis rerum naturalium scrutatoribus, qui causam illius exaltationis in Lunæ motum atq; efficaciam, licet alius aliter, referunt, plurimisque argumentis solidissimis, imprimis experienciâ solide firmant. Aut ex nostro mari Caspio, ejusmodi Lunæ influxus, sive commotio non datur; Ergo videtur & Oceani, & Adriatici Indici, aut maris ad caput rubrum Africi æstus Lunæ viribus male attribui. Utopote cum illud non minus radiis lunaribus fraatur. Verum enim verò huic objectioni responsionem largietur Peucerus, qui de Balthico & reliquis maribus (puta Helleponto, Ponto Euxino, Liguistico & Caspio) hanc rationem asert, quod angustiis coarctata alveis, atq; à radiorum Solis ac Lunæ efficaci projectu longius distita, & propter profunditatem radiis luminum minus pervia æstus nullos experiantur; tum etiam quod fundus faxeus, in halitus agitationi accommodos resolvit nequeat. Quam quidem rationem, ex comparatione maris mediterranei, cum Oceano stabilit; quod isthic aperta magnitudo siderum vim laxè ac latè grassantium efficaciam sentiat; hic eandem arceant angustiæ; quæ causa sit, ut Oceanus æstus habeat faviores, leniores mare mediterraneum. Sed hæc proflusionis loco dicta sufficiant, reliquis chorographiæ Persicæ in Crastinum DEO volente remisissis. Ne igitur spe nostra, de feliciore successu cadamus, ad Vos, Viri, Illustri Magnificentiâ, Generosissimâq; Serenitate Amplissimi; Plurimum itidem Reverendâ, Excellentissimâ, Clarissimâq; Dignitate; Litterarissimâq; Præstantiâ, & Humanitate Famigeratissimi, Æstamatisissimi, Patroni enixissime colendi, Fautores perquam honorandi, debitâ submissione ac veneratione accedimus, etiam atq; etiam otantes, ut, quantum à gravioribus negotiis liberis licebit, crastino ab horâ octavâ matutinâ temporis articulo, Gymnasium nostrum invisere, locoq; consveto, Actores Persiam & antiquam & modernam, historicè chorographicèq; delineaturos, ac representaturos audire ne dedignemini. Pro quâ Clementiâ, Benevolentiaq; promptitudine, quam nobis præsentem futuram speramus, vobis univervis & singularis, observantia studiorumq; hospitium, quantum quidem à nobis proficisci poterit, optimâ fide, pollicemur certissimum. P. P. IX. Cal. Decembr. A. M. R. M. DCCL.

Lib. 2. Introducti, Geograph. c. 4. Lib. 6. c. 4. v. 4. & seq. Lib. 3. De naturâ eorum, quæ ex terrâ effluunt.

In discussa pro Astronomia Apologes. p. 24. & 15. Conf. Nicol. Caesars in Commentar. quem super Meteorologicos libros Aristot. edit.

In aureo Opusculo Astron. p. 385. & seqq. Lemn. l. 2. de Oceanat. mirac. c. 41. & Goclen. loc. d. De Dorsinatione.

De-

FK 110 613

X 2983407

## Designatio RERUM ac PERSONARUM.

- Sc. I.** Prologus, *Christianus Godofred. Küpffenderus, Vr.* præmissis de Polymathia acquirendâ modis Auditorum benevolentiam exorabit. Director *Christianus Meisnerus, Herrnsiad. Sil.* ad discursum de Persia viam sternet Geographicam, & quidem methodo antetriennium cœptâ Logico-Categoricâ; in cujus sententiam ibunt Antiquarius, *Job. Godofr. Baron, Vr.* Philologus, *Tobias Stange, Wolav.* captâ ansâ à vocabuli Etymo. Provocabitur & Tiro, qui quoad HABITUM recenserebunt originem, quare Persæ dicti fuerint Kifilbalch five Ruffi, *Job. Sam. Krumboltz, Vr.*
- Sc. II.** Monarchiam secundam, ex Categoria Primâ, SUBSTANTIA, in serie Monarchiarum expendet Antiquarius cum dicto Directore, Historico, *Godofr. Wencesl. Zimmerlingio, Vr.* & Chronologo, *Christian. Godofr. Eschner, Vr.* ubi simul Theologus, quæstiones aliquot spinosas solvet, *Sam. Langnerus, Mega-Tschirn. Sil.* Darius, *Ernestus Gvilielmus de Rosenberg,* ex improvisò irrumpens, ex QUALITATE in SUI, cum Alexandro comparatione, de virtutibus Heroicis gloriabitur, RELATIONEM in hostilitate, ACTIONEM in diversis conflictibus, PASSIONEM in vitæ & Regni amissione demonstraturus. Ex QUALITATE etiam Schach Soffi virtutes & vitia depinget-Historicus II, *Godofredus Riemerus, Vr.*
- Sc. III.** Schach Solymân *Georg. Wilhelm. Waltherus, Ravic. Polon.* cum Chano five Gubernatore Generali, *Job. Gottl. Sisse, Vr.* Cancellario, *Christiano Sigism. de Lucke,* & Chorographo, *Christiano Muravio, Vr.* de modernis locorum appellationibus, limitibusq; Regni Persici ab hostium incurfionibus nunquam tuis conferet.
- Sc. IV.** Chorographus dictus introducit I. Urbes, & Provincias primarias, antiquas & olim deletas, Babylona, *Frid. Wilh. Reusnerus, Vr.* & Hyrcaniam, *Godofr. Henric. Bæhm, Vr.* & modo, mutato tamen nomine & cultu florentes, Bagdad five Alcair, *Job. Christophor. Stieff, Vr.* & Kilan, *Ernest. Frid. Seidel, Vr.* II. Prometheum, *Job. Christian. Kundmann, Vr.* Fama, *Job. Casp. Gottschalck, Vr.* Onomasteria Leopoldino-Cæsareâ nuper Viennæ celebrata, Aulæ Persicæ intimabit, atq; Echo ad Vora recipienda provocabit *Christoph. Gottlieb Reisch, Vr.* His absolutis Congiaria Senatus Magnifici, præmissis, de Cochfide, Regione Persiæ distributionis Actui accommodatâ, sermone breviutculo à S. T. distribuentur. Tandem à Directore supra laudato submissa ad Patres Magnificos, Evergetas nostros gratiosissimos humillima finiet Gratiarum actio,



II 613

*Geographica quædam de Persia*

# PERSIAM

ACTU

Præmiis distribuendis solenniori

D. XXIV. Novembr. A. O. R. M. DCCI.

In Gymnasio Vratislaviensium Magdalenæo,

repræsentandam

indicit,

simulq; ad eam

Patronos, Fautores & Amicos,

quæ par est observantiâ

invitat

**SIMON TITUS.**

VRATISLAVIÆ,

In Hæredum BAUMANNIANORUM Typographia

exprimebat Johannes Janckius,

Factor.

